

245  
gelizandum . a sc̄o sp̄u . sicut a patre & filio destina-  
tos . Nunc adicimus . quod omnes iure mirentur  
& dubitare non possint . Dicit enim filius d̄i .  
Sp̄s d̄ni super me . propter quod unxit me .  
euangelizare pauperibus misit me . Pr̄dica-  
re captiuis remissionem . & cecis visum . Quod  
cum de libro es̄aię leger̄ . ait in euanḡlio .  
Hodie compl̄ta est hęc scriptura in auribus  
ur̄is . ut de se dictum esse signar̄ . Ergo mira-  
ri possumus . si proph̄tas & apostolos sp̄s misit .  
cum xp̄c dixerit . Sp̄s d̄ni super me ; Et bene  
super me dixit . quia quasi filius hominis lo-  
quebatur ; Quasi filius enim hominis . & unctus .  
& missus est . ad euangelium pr̄dicandum ; Sed  
si non creditur filio . audiant eque patrem  
loquentem . quia sp̄s d̄ni super xp̄m . Dicit  
enim iohanni . Supra quem uideris sp̄m descen-  
dentem de celo . & manentem super eum . hic  
est qui baptizat in sp̄u sc̄o . Dixit hoc d̄s pater .  
iohanni . Iohannes & audiuit . & uidit . & cre-  
didit ; Et audiuit ad̄o . uidit in d̄no . credidit